

liquos, circumfufis oppido vicis, fida in hofpita divifurum. Dura omnino poftulata vifa concilio. fed recufantibus extrema neceffitas & egeftas inftabat. Ergo nemine præter unam Eleonoram diffuadente palam; Sosa qui amice monenti atque invitanti regulo priori abrogaverat fidem; repudiatis Eleonoræ precibus monitifque, fe ac fua demum omnia infidioso huic præpoftera credulitate permittit. cohors reliqua ducis auctoritatem fequi non dubitat tradita extemplo arma præmittuntur ad Regem: Sosa cum uxore, liberifque, & fidelibus aliis ferme viginti fequitur. cæteros quinos vel fenos regii præfecti varia in loca diducunt. Necdum ad inhofpitales pervenerant cafas, cum deftitutos ac diremptos ab ope mutua; non peculio tantum, fi quid abditum gerebant, fed veftimentis etiam quamquam attritis ac laceris exuunt; eaque nocte maligne admodum paftos, mane fustibus convitiifque per summam perfidiam & immanitatem tectis ac vicis exturbant. Rex, gemmis, auroque, & argento, & quod pretiofi reliquum Sofæ & familiaribus fuerat, avidiffime rapto, corporibus tantum ac veftimentis abftinuit; domoque cunctos item exigit, infuper increpans, clementia adductum fe non pro meritis tractaffe vagos piratas, & communes humani generis inimicos. Tum demum fenere Sosa comitesque, quam ftulte fe inermes ignotæ ac barbaræ fidei credidiffent. Neque hic finis miferiarum fuit. namque dum inopes confilii, folutis ordinibus, nullo rectore, nullo fignifero, paffim incerto errant gradu; nova repente Æthiopum manus, præacutis armata fudibus, in Sofæ manipulum invadit: ipfumque & cæteros utriusque fexus nullo discrimine veftibus nudat, obnoxios, & contra ne hifcere quidem audentes. adeo ablatis armis ceciderant animi. Eleonora tantum, generis memor, ac pudoris ad ultimum retinens; obniti acriter, pugnis quin etiam colaphifque barbaros ultro ad necem irritare: quoad mariti denique hortatu, & deficientibus jam plane viribus, abftitit. nec mora: detractæ direptæque veftes; metu ac pudore confufis qui ex infelici comitatu reftabant, atque ab tanta rerum indignitate avertentibus oculos. Tum vero, caftæ matronæ triftior omni morte lux vifa: defodit arenis e veftigio fe: quæ supereminet, foluto raptim fufoque obtegit crine. mox ad Andream paucosque fuperftites, voce fuprema: Vos quidem, inquit, duci veftro fidem egregiam præftitiftis, optimi viri. nil ultra opus eft. ite, vobifque ipfi tandem aliquando confultite. ac, fi quem patriis olim finibus reddi contingat, renuntiate quo loci mea me maritumque delicta perduxerint. Mœftum inde filentium immobilis tenuit. cara tantum intuenti pignora, juges rivi lacrymarum denfo cum gemitu profluebant. Sofæ item altus mœror ac dolor vocem incluserat. cumque defixo in terram obtutu, aliquandiu attonito ac ftupenti fimilis adftitiffet; paterna demum extimulante cura, proximam in fylvam quærendo qualicunque nutrimento fecedit. Inde regressus, Eleonoram triduo jejunio fletuque pæne confumptam, e filiis alterum prorfus extinctum offendit, eumque fuis ipfe manibus terræ mandavit. Poftredie eodem pabulandi functus officio, conjugem una cum filio exanimem reperit, & lamentabili circum vociferatione complorantes ancillas. Hifce confestim summotis, in dextram jacentis manum aliquandiu reclinato capite incubuit: dein, iifdem adjuvantibus ancillis, cadaver utrumque fepeliit, nihil unquam effatus. Postremo fe fe iterum abdit in fylvas. Ibi laniatum a feris putant. nunquam deinde comparuit. Hunc exitum, inter paucas miferanda Sofæ peregrinatio

terra